

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 43. 4) Tempus protestationis instituendae.

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

fueto semper argumentationis modo sententiam suam
fulciat.

§. 43.

4) *Tempus protestationis instituendae.*

Tempus, quo protestationis instrumentum conficien-
dum sit, saepissime constitutionibus cambialibus *) accu-
rate definitum est; sed et haec quaestio, si responsionem
generalem ad eandem quaeras, secundum leges particu-
lares non est exponenda. Apparet sane, protesta-
tionem nullo modo esse differendam, cum eadem in
processu cambiali usum maximum praestet, isque brevi
praescriptione ubivis extinguatur. Cautè igitur semper
ages, si statim post omissam, ex qua protestandum, tertii
actionem protestationem conficiendam curabis. Tum
enim nullam tibi culpam sive moram imputare quis-
quam poterit. Protesteris ergo, si tibi prospicere velis,
eodem die, quo actionem ab alio suscipiendam, s. accep-
tatio sit s. traditio s. solutio, exigere potes. Jubent idem
etiam plurimae constitutiones particulares. **) Attamen
e rei natura fluit, omnem dilationem, ex qua nullum
omnino emanavit vel emanare potuit damnum, culpae
non esse accensendam. ***)

§. 44.

*) e. g. *Allg. pr. LR.* Part. II. §. 1007-1010.

**) *Allg. preuss. Landr. P. II.* §. 1007.

***) cf. *Allg. preuss. Landr. P. II.* §. 1009.

